Tercium patet quia dicitur ibidem ꝙ ad doctrinam eius vna die quingenti baptizati sunt. Quartum patet in correctorum et infirmorum sanatione in populi scientis potatione. in corporis eius mira collocatione. in mari quolibet anno in die obitus sui retrogradatione. in pueri mortui suscitatione Et ideo de ipso potest exponi illud Leuit. xxiij. Cedetur agnus imaculatus. Fuit enim beatus Clemens agnus imaclatus in conuersatione. celsus in persecutione ⁊ passione datur in holocaustum per miraculorum operatione offerentur cum eo in sacramento. quia multa sibi merita accumulauit per doctrinam et predicationem. ℣ Circa secundum nota ꝙ per montem recte etiam designatur. Est enim in monte aqua purior. aer salubrior. aura serenior. fructus saporidior. Et hoc ꝓpter fecis impermixtionem. ventorum discursionem. nubium ⁊ vaporum dispersionem humorem ex quo fructus nutritur subtilationem. Sic in sancta matre ecclia semper fuit et est puritas doctrine sanitas medicine. scilicet in sacramentis. serenitas conscientie. suauitas gracie ⁊ continue influentie.

Lecix. De sancta katherina.

Vrge propera amica mea. columba mea. speciosa mea ⁊ vei. Canti. ij. In his verbis sponsam sanctam katherinam alloquitur q° ad duo. scilicet quo ad eius cōmendationem. et quo ad eius āmonitionem. ℣ Ponuntur enim hic tria verba cōmendationis quibus respondēt tria verba āmonitionis reddere singula singulis. Cōmendat eam tripliciter. quia dicit eam suam amicam columbam ⁊ specōsam. Et āmonet eam de tribus. scilicz surgere. ꝓperare ⁊ venire. quasi dicat. reddere singula singulis. Surge amica mea. ꝓpera columba mea et veni speciosa veni. Adiūgitur autem cōmendatiōni āmonitiōni vt facilius acquiescat. nā facilius aliquid facimus si laudes magnas anteꝙ facere iubeamur audimus. Exemplum ad hoc Luce. xv. vbi cum paterfamilias rogaret filium suum seniorem vt adōuentum suum introiret quod filio prodigo factum fuerat audiuit. fili tu semp mecum es ⁊ omnia mea tua sunt. dicit Gregorius filum laudauit vt ei facilius acquiesceret. Hec igitur tria respiciunt triplicem statum beatek atherine. Primum respicit eius ingressum generosum. secundum eius progressum fructuosum. tercium eius egressum gaudiosum. Quantū ad primum dicit. Surge amica mea. Cui alludit illud quod de ea cātatur. Surge virgo ⁊c. adapta. Respiciūt autem hec duo verba quorum vnum est āmonitorium. aliud cōmendatorium eius ingressum generosum. ℣ Ad cuius euidentiam est sciendum ꝙ hec virgo ante sui ingressum in hanc vitam erat in eternitate apud dm in verbo eterno. Et hoc tripliciter. scilicet in potentia actiua verbi seu similitudie exemplari ⁊ veritati essendi. Primū patet ꝙ hoc ꝙ cum verbum sit potentia operatiua patris. ⁊ ars patris plena omniū racōnum viuentium ꝛm Aug⁹. vj. de trinitate. in ipo erant omnes creature vt racōne exēplari inter quas beata katherina respectu singularis diuine amicicie prefulgebat iuxta illud Iere. xxxj. in caritate ꝑpetua dilexi te ⁊c. Secūdum patet ex hoc ꝙ creature ab eterno habebant suaz similitudinem siue ydeam in verbo. Ex qua ꝛ prospectu ipsius verbum affluentissime iocundabat. Exemplum de subtili artifice qui delectatur in prospiciendo formas seu exemplaria artis in mente sua. Et ipse creature sic se habent esse in verbo cum ipso dulcissime iocundantur. in quo tripudio beata katherina lingulari delectacōne ludebat. vnde sibi competit dicere illud Sapie. Delectabat per singulos dies. id est in eternitate ludens coram eo omni tempore. Tercium patz ꝙ hoc ꝙ creature habent verius esse in verbo ꝙm in seipsis. et hoc veritate rei. Et quia ꝛm talem statum beata katherina erat sume vnita verbo. imo idem essencialiter cū verbo. ideo sponsus pro illo statu eam cōmendans vocat eam amicam. Quia etiam ꝛm talem statum siue ꝛm talem esse hūit sūmam quietem pro ānto non habuit ꝑpaz operacōnem alia ab operacōne verbi. ideo sponsus velut a tanta quiete eam excitans āmonet ad surgendum dicens. Surge amica mea. quasi diceret sponsus. O katherina sponsa mea quam mihi eternaliter vnita. perpetua caritate dilexi te. et ideo amica mea surge a quiete eterne vacacōnis adesse proprie subsistentie ⁊ limitate pfectōnis de hoc potest exponi illud Sapie. In omnibus requiem quesui ⁊c. Requiem in omnibus nullꝙ esse potest nisi in verbo in quo sunt omnia. Nam extra verbum ānto quis se pluribus non voluit tanto plus de iquietudine inuenit. Igitur omnia extra verbū non prestant requiem ꝛm magis afflictōnes

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0406
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt